

ret infirmitas, ne quis ultra modum sibi placeat, aut patefactionibus efferatur, quod de se testatur Apostolus 2. Cor. 12. An à claudicatione cito vel nunquam sanatus fuerit, historia non memorat. Alii volunt, toto vitæ tempore claudicasse, quod videtur consuetudo inde orta indicare. Alii eodem die fuisse curatum volunt: quia non legitur claudicasse coram fratre: nec ab eo interrogatus, unde claudicaret, quod haud dubie factum fuisset. Sed coniecturæ sunt dubiæ.

32. ICCCIRCO NON COMEDVNT. Ex luxatione femoris Iacobi mos ortus Iudæis, vt ab esu femoris animalium abstineant: qui adhuc obtinet. Olim poterat superstitione vacare ante legem, tempore Moysi, & deinceps. Erat enim conseruatio memoriæ huius luctæ & victoriæ Iacobi. Postea, vt omnia alia, in superstitionem abiit: Et hodie ridiculi sunt Iudæi idem obseruantes: cum promissionibus & fœdere Dei iam pridem sua infidelitate exciderint.

NON COMEDVNT NERVVM CONTRACTIONIS, QUI EST IN FEMORE. Synecdoche partis pro toto, hoc est, femora, seu posteriores partes animalium, in quibus est ille contractionis nervus. Hebraice *נֶרֶוּן הַכֶּסֶל* *neruus contractionis*, hoc est, contractus, læsus,

luxatus. Fiunt enim nervi læsi contractiores, cum sanantur. LXX. & Onkelos, *neruum emarcidum*, seu, qui emarcuit, contabuit. *ὁ ἐν ἀρκησεν*, à *נָשָׂא* obliuisci, quasi dicas, neruum obliuiosum, qui oblitus suæ functionis, non amplius liberum motum pedi præstet in femore. Disputant, quis sit ille nervus. Nostri interpretes reddunt, *neruum defectus*: non à *נָשָׂא* sed à *נָשָׂא* *defecit*: quod Mercerus improbat. Vocant autem neruum defectus primum è quatuor nervis in femur progradientibus, qui in externam femoris cutem per ramos disseminatur in musculis illis, qui exterius femoris latus occupant: Et *defectus* dicitur, quia non ad genu, vt reliqui, protenditur: sed antequam eo perueniat, deficit. Hæc est physica subtilitas, quara non videtur spectasse Moses. Nam omnes alii nervi deficiunt supra genu, excepto secundo, qui vsque ad volam pedis descendit. Sentio cum Varabulo & Mercero, quod nervus contractionis sit vinculum ossis femoris cum acetabulo, seu ligamentum, quo *ἰσχυρ* cohæret cum cotyla coxæ, & in ea libere mouetur. Ligamentum illud neruosum fuit luxatum, & caput ossis femoris ex acetabulo dimotum: quod fit in luxatione, estque proxima causa claudicationis in femore.

CAPITIS TRIGESIMI TERTII

Argumentum, Vsus, Partitio, Analysis.

Sequitur iucunda historia de reconciliatione fratrum. Iacob luctando vicerat Deum: nunc prudentia & humilitate vincit fratrem, quemq; olim fugerat, & nunc metuit capitalem hostem, suauißimum experitur amicum, iuxta promissionem Dei: Cum Deo princeps fuisti, etiam hominibus præualebis. Post dulcissimum fratrum complexum, colloquium & pacem muneribus datis firmatam placidissime disceditur. Iacob vero incolumis cum suis in terram promissam reuersus, antequam ad patrem Isaac veniat, aliquandiu in Sichem subsistit, ibiq; Deo *χαρισία* præstat. Confirmat historia dictum Salomonis Prouerb. 16.7. Cum placuerint Deo viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Estq; præclarum diuinae prouidentie exemplum, dirigentis omnia ad piorum salutem, & hostium animos ita flectentis, vt ex lupis oves fiant. Commendat etiam studium concordia & pacis inter fratres, qua vt nihil pulchrius, ita nihil Ecclesia & Reipu-

PRIOR
Congre

concordia Iacob oculis
liberis cum Leah &
vultu, amillas & liberis
vultu postremus.
vultu transiit ante eos:
vultu carum Esau in oculis
non.

concordia oculis videt vultu
liberis, quos domus
concordia, amillas & liberis
vultu postremus.
vultu transiit ante eos:
vultu carum Esau in oculis
non.